

# MAGYAR BOTANIKAI LAPOK.

## (UNGARISCHE BOTANISCHE BLÄTTER.)

Kiadja: — Herausgeber: Szerkesztő — Redacteur: Főmunkatárs: — Hauptmitarbeiter  
Dr. DEGEN ÁRPÁD. ALFÖLDI FLATT KÁROLY. THAISZ LAJOS.

I. évfolyam.  
I. Jahrgang

Budapesten, 1902. november hó.  
Budapest, November 1902.

N<sup>o</sup>. 11. SZ.

A 11. szám tartalma. — Inhalt der 11. Nummer. — *Eredeti közlemények.* — *Originalaufsätze.* — Borbás V., Descriptio Gentianae carpathicae authentica. p. 323. old. — Eug. Halácsy, Theodor von Heldreich. (Arczképepel — Portrait.) p. 325. old. — J. Murr, Chenopodium-Beiträge. p. 337. old. — Borbás V. Hazánk meg a Balkán Hesperis-ei. (Species Hesperidum Hungariae atque Haemi) (Folytatás — Fortsetzung.) p. 344. old. — A. Flatt K. A herbariumok történetéhez. (Folytatás.) — Zur Geschichte der Herbare. (Fortsetzung) p. 348. old. — *Apró közlemények.* — *Kleine Mittheilungen.* — Borbás V. Florae Budapestinensi adventitiae addenda p. 349. old. — Degen A. Lepidium virginicum L. Magyarországon. — Lepid. virgin. in Ungarn. p. 349. old. — Torday Gy. Nicandra physaloides (L.) Gaertn. Alsó-Fehérmegyében. — Nicandra physaloides (L.) Gaertn. im Comitate Alsó-Fehér. p. 350. old. — Bornmüller J. Viola Aetolica Boiss. & Heldr. Montenegroban. — Viola Aetolica Boiss. & Heldr. in Montenegro. p. 350. old. — *Hazai botanikai dolgozatok ismertetése.* — *Referate über ungarische botanische Arbeiten.* — J. L. Holuby. Dvarazy na Tematine. p. 351. old. — Péter Béla. Gazdasági növénytan I. rész. A virágtalan növények ismertetése, különös tekintettel természetett növényeink betegségeire. Kolozsvár, 1902 — Béla Péter. Landwirtschaftliche Botanik. I. Cryptogamen mit besonderer Berücksichtigung der Krankheiten unserer Kulturpflanzen. Kolozsvár, 1902 p. 352. old. — *A kir. magy. Term. tud. Társ. növénytan szakosztályának 1902 november 12-ikén tartott ülése* — *Sitzung der botanischen Section der kön. ungar. naturwissenschaft. Gesellschaft am 12. November 1902* p. 353. old. — Meghalt. — Gestorben p. 355. old. — Helyesbítések. — Berichtigungen. p. 356. old. Mellélkelve: 4 tábla. Beigelegt 4 Tafeln.

### Descriptio Gentianae carpathicae authentica.

Autore Dr. Vinc. de Borbás.

*Gentiana carpathica* KIT. in SCHULTESII Oesterr. Fl. I. 1814, p. 443 breviter descripta, usque ad tempus novissimum ignota fuit. Inveni denique descriptionem auctoris plenioram, inter manuscripta KITAIBELII: in bibliotheca musei hungar. nation, oct. lat. 80, fasc. 2. in scriptis auctoris inelyti, ex quibus cl. qu. A KANITZ „Additamenta ad Fl. Hung.“ excerpserit, sed descriptionem specierum plurium, sic etiam illam *G. carpathicae*, ineditam reliquit.

Ecce verba KITAIBELII:

„*Gentiana carpathica* mihi a MAUKSCH pro *bavarica* missa. Caulis tripollicaris simplicissimus, uniflorus. *Folia obovata obtusa,*

integerrima, omnia, etiam radicalia, sessilia, haec in rosulam congesta, caulinorum tria paria, remota, supremum calyci contiguum. Flos erectus pollicis longitudinem aequans. Calyx corolla plus quam duplo brevior, subdiaphanus, venosus, ad  $\frac{1}{3}$  5-fidus, laciniis lanceolatis, acutis, aequalibus. Corolla infundibuliformis, tubo pallido nervoso, limbo 5-fido, laciniis ovatis, obtusiusculis, corolla coerulea. Tota planta glabra. *G. bavarica* ab hac differt fol. caulinis numerosis, inferioribus imbricatis, subrotundo-obovatis, multo minoribus, flore supra supremum foliorum par pedunculato, nec in hac sessili, calyce colorato. laciniis corollae oblongis, toto habitu."

Postscriptum :

. Hanc MAUKSCH in lit pro *utriculosa* declarat."

Ex his *G. carpatica* KIT. *G. bavaricae* affinis est et per rev. qu. MAUKSCH e ditone Tátrae KITAIBELIO missa esse patefacta est. Cfr. BORBÁS „A Balaton tavának etc.“ 1900. p. 361.

In herbario KITAIBELII *G. carpatica* sic dicta nulla invenitur, at in fasciculo X, no 64 *G. aestiva* (SCHM.) „e Scepusio a MAUKSCH“ adest, etiam foliis magis „obovatis“, qualis in herbis Tátrae, supra Barlangliget nunc quoque viget.

Quum anno 1814 *G. carpatica* edita esset, *G. aestiva* R. et SCHULT. Syst. veg. VI, 1820, p. 156 nondum exstitit, ideoque KITAIBELIUS formam *G. vernae* proximam, probabilius formam eius aestivam descripsit et *G. carpatica* ex usu nomenclaturae illius temporis prioritate pro *G. aestiva* gaudet. Sic censet cl. G. BECK etiam tunc temporis de aliis speciebus.

Praeter var. *carpaticam* (KIT.) *G. vernae* altera quoque varietas in alpiibus nostris crescit (var. *subbrachyphylla* BORB. Term. tud. Közl. 1902. p. 377 fig. 3) foliis rosulae late ovatis, acutis, latitudine semissim aut semel solum longioribus, inferiore parte latioribus, caulinis ovato-lanceolatis, omnium margine minute papilloso, floribus speciosis, duplo quam in *G. verna* maioribus, lobis corollae serratis. Cetera ut in *G. aestiva* (SCHM.).

Habitat in alpiibus calcareis ad Barlangliget!!, in monte Öcsémteteje ad Balánbánya (DEGEN d. 18. VI. 1901).

Galicia, Tátra, Swistowka (C. F. GEIDEL).

A *G. brachyphylla* foliis basalibus haud aequalibus, non rhomboideis, omnibus partibus conspicue maioribus, a *G. pontica* SOLT. ÖBZ. 1901. p. 166. autem foliis apice haud rotundatis acutioribus differt. Var. *subbrachyphylla* sine dubio huic proxima, quam cum *G. aestiva* conjungit. Formas orientales comparare non possum, sed formis plurimis comparatis *G. pontica* verosimiliter in *G. carpaticam* cadit. Quid *G. carpatica* PORC. Fl. din fost. Romanescu, 1885, p. 40, 92, 97, 128 sit, absque diagnosi incertum.

Denique

I. Calycis angulis anguste alatis = *G. verna* L.

II. „ „ „ latius „

1. *G. aestiva* (SCHM.) foliis ovalibus.

2. *G. carpatica* KIT. foliis obovatis.
3. var. *subbrachyphylla* BORB. foliis late et breviter ovatis.
4. *G. pontica* SOLT. foliis apice rotundatis.
5. *G. angulosa* M. BIEB. foliis latitudine 3—4-plo longioribus, ovatis, obtusis, inferne spathulatis.

## Theodor von Heldreich.

Ein Nachruf von Eugen von Halácsy (Wien).



„Statutum est omnibus hominibus semel mori“, und so hat denn auch Theodor von HELDREICH in hohem, nur wenigen Sterblichen vergönnten Alter, fast die Grenze des menschlichen Lebens erreichend, seine irdische Laufbahn vollendet.

Den ihm Nahestehenden traf zwar die Nachricht von seinem Tode nicht gänzlich unvorbereitet, da seine Briefe seit dem letzten Winter mehr minder von Klagen über sein labiles körperliches Befinden erfüllt waren, aber doch unerwartet und uniso schmerzlicher, da gerade in allerletzter Zeit keinerlei Verschlimmerung seines Zustandes verlautete und er im Gegentheil zu neuer Schaffenslust erwacht zu sein schien, mit verschiedenen Zukunftsplänen sich beschäftigte und die Ausgabe der XVII. Centurie seines muster-giltigen, im Jahre 1854 begonnenen „Herbarium graecum normale“ vorbereitete. — „So hoffe ich“, schrieb er in seinem letzten Briefe, „diesen August noch die Vertheilung und Versendung derselben bewerkstelligen und dann noch womöglich einen kleinen Ausflug nach Karysto oder Kalamata unternehmen zu können.“

Es kam anders. Weder Euboea, noch Messenien, das er zum erstenmale im Jahre 1844 besuchte und dessen reiche Flora ihn

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Ungarische Botanische Blätter](#)

Jahr/Year: 1902

Band/Volume: [1](#)

Autor(en)/Author(s): Borbas [Borbás] Vincenz von

Artikel/Article: [Descriptio Gentianae carpaticae authentica 323-325](#)